



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Ositha Virgo. 7. Octobris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

494 VITÆ S A N C T O R U M . 7. Octob.

filias abdiderunt. Sed excivit urbem urbisque  
Pontificem æ campanum suâ sponte sonans, &  
ut Martyr faciliter reperitur, prodigiosa lumina  
cælum accedit. Ex Ferrar.

Mentem tuam superna patriæ amor accendat,  
premia mansura sollicitent; & ad venturi Iudicii  
promissiones semper aspiret, atque ex temporalibus  
eterna mercetur. S. Gregor. Regist. I. 7. c. 14.

S. OSITHA V I R G O . 7. Octobri.

Q uantum, ô parentes, educatio præstat l'qua-  
cietis, interest! OSITHA regii sanguinis in Anglia  
puellâ in Parthenone non profano, sed sacro edu-  
cta, quantum splendoris coronæ Anglicæ conci-  
liavit! Et verò jam tunc prodiit cælum, quā  
curæ illi sit juventus probè instituta, & majoribus  
suis morigera. Missa OSITHA cum libro trans-  
pontem, & turbine ab hoc dejecta, undis hausta  
credebatur. Sed Angelorum præsidio, tertio die  
prodiit numquati mergenda innocentia. Sub hac  
in thori societatem à rege Sigero invitatur. Sed  
dum rex venatur feras, virgo ut Cupidinis retia  
effugeret, binos Episcopos advocat, & ab his ve-  
lata in Christi nuptiarū numerum transit. Indoluit  
rex; sed quod Deo nollet rivalis esse, potestatem  
fecit è suo thalamo, in Christi, hoc est coenobium,  
transfundi. In hoc ne regiæ sponsæ purpura de-  
cesset, ferro à Danis pro fide ceditur. Memoratur  
verò funus suis non alienis pedibus ambulasse, &  
caput abserratum ad usque templum extulisse, at-  
que ibi demum, cùm manibus templi janam  
pulsasset, placide procubuisse. Fuit etiam qui  
morbo ad extrema deductus OSITHAM in vota  
yocavisi.

7. Octob.  
urbisque  
nans, &  
sa lumina  
accendat  
ri iudicis  
sporalibus  
c. 14.  
Octobris.  
rat quan-  
tenebris so-  
in Anglia  
sacro edu-  
icæ conci-  
m, quam  
majoribus  
ebro trans-  
dis hausta  
tertio die  
a. Sub hac  
zatur. Sed  
dinus retia  
ab his ve-  
Indoluit  
potestatem  
cenobium,  
urpura de-  
Memoratu-  
culasse, &  
tulisse, at-  
oli janua-  
etiam qui  
M. in veta  
yocans

8. Octob. VITA SANCTORVM. 495  
vocavit, vovitque ne moreretur, in Religioso cœ-  
nile victurus. Convaluit: sed soteria solvere obli-  
us vindicem morbum secundum sensit, nec prius  
manum iterum OSITHA medicam, quam objur-  
atus ab hac fidem liberaturum se spopondit. Ita-  
que bis voti damnatus templo & cœnobio ana-  
thema, se, dedit. Ex Surio.

Vide ne promissum tuum irritum facias, neque  
fidei tuae vota disrumpas. Habebis profecto accusa-  
tores prævaricationis tuae; habebis veridicos testes  
testificantes adversum te; habebis judicem, qui  
nullius personam accipit in sua executione sententia.  
S. Laur. Iust. de Cont. mundi c. 19.

### S. PELAGIA POENITENS.

8. Octobris.

VIxit P E L A G I A Antiochiæ sub Theodosio  
Minoris tempora, ob formæ venustatem  
corporisque cultum non jam Veneris serva, sed  
ipsa Venus habita, pudor urbis, & castitatis ipsi-  
fama perniciens. Quis credat? quæ oculis captivam  
post se urbem trahebat, in hanc obtutum defixisse  
D. Nonno Antistiti etiam profuit. Quid enim?  
(exclamabat post visum hoc elegantiæ idolum il-  
le) quo demum studio, quo sine temporis dispen-  
satio, sine impedio sumptuum, hæc faciem comit-  
tingitque? & hoc cur? quò nempe oculis aman-  
tium artideat, cælo lacrymante. Animæ interim  
meæ, quam, ausim dicere, Deus deperit, quia  
splendor? nempe ad hanc infamiam collata,  
Ethiopissa es anima. Ite & fordes meas, eheu! la-  
crimæ lavate. Hæc Nonnus. At PELAGIA, spe-  
stante & mirante urbe, ad pedes ejus descendit,  
& vita licentiam sancto factu gemituque teste  
ejurat.